

## **Nulla turpior est quam voluntaria servitus**

versione in due tempi per un terzo liceo scientifico (recupero)

Inter servos amicum potes invenire. "Sed servus est" inquis. Sed ille fortasse est liber animo. "Servus est" inquis; ostende mihi quis non sit servus: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, omnes spei, omnes timori. Ostendam consularem mulieraculae servientem, ostendam divitem servientem ancillulae, ostendam nobilissimos iuvenes servientes pantomimis. Nulla turpior est quam voluntaria servitus. Quare aequum est te bono animo esse in tuos servos.

Ita, fac, mi Lucili: vindica te tibi, et tempus quod adhuc aut auferebatur aut subripiabatur aut excidebat, collige et serva. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura quae per negligentiam fit. Et si volueris attendere, magna pars vitae elabatur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota vita aliud agentibus.

da Seneca, *Epistulae ad Lucilium*